



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Natales Sanctorvm Belgii, & eorundem Chronica Recapitulatio**

**Molanus, Johannes**

**Dvaci, 1616**

Die vigesima-quarta Februarij.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9477**

Februa. 21.

MINIAT ALESORAS

Pipinus  
Herstallus.

Franciæ, & Marchiones limitis Antwerpiani, contra Da-  
nos & reliquos Aquilonares: deinde Apostolica autori-  
tate Reges Franciæ, & Imperatores Romani imperij. Cla-  
rissimas etiam victorias habuerunt contra fidei & Romanæ  
ecclesiæ hostes. Pipinus primus contra Sclauos, idolorum  
cultores, Christianis vnicum fuit propugnaculum. Pipinus  
secundus subingauit Frisones, & eorum regem Raibo-  
dū, Christiano nomini infensissimos. Quibus etiam Vuilli-  
broidum & alios misit, Euangelij prædicatores præstantis-  
simos. Carolus Martellus bellicosissimus & victoriosissi-  
mus princeps, qui regibus maluit imperare, quam rex esse,  
ex nulla victoria maiorem laudem est consecutus, quam ex  
eā quam contra Saracenos, habuit, dum iam tota Gallia  
posituri viderentur. Tanto enim triumpho eos deluit, vt  
post hominum memoriam nullus omnino regum, patrum  
hostium numerum vno prælio fuderit, & occasione dele-  
uerit. Filius eius Pipinus rex multos clarè diuicet, sed præ-  
cæteris Longobardos, Romanæ ecclesiæ oppressores. Cu-  
ius successori Carolo magno, etiam imperialis dignitas ac-  
cessit, dum nihil antiquius habuit, quam Romanæ sedis di-  
gnitatem & fidem Catholicam tueri. Victis autem præci-  
pue imperabat, vt Christianæ fidei legem susciperent.

In libro obituum notat Niuellensis ecclesiæ, præter obi-  
tum etiam vigilias dispettas sancti Pipini. Sed quid por eas,  
quas solæ Canonice celebrant, significetur, examinent  
studiosi. Neque enim quicquam desuper Niuellensis cle-  
rus definitum habet.

Die vigesima-quarta Februarij.

De beato Simone Alnensi.

Cap. 33.

Ex Casarij dialogo tertio, & informatione domini  
Sebastiani Antonij, Pralati Alnensis.

**A**Lnæ, obitus beati Simonis conuersi.  
Qui parente nobili genitus, à cognatione sua e-  
gressus, anno decimo-sexto factus est Alnæ con-  
uersus, & opilio. Claruit multis reuelationibus, & miracu-  
lis, tempore Conradi Cardinalis, antea abbatis Villarien-  
sis, &

sis, & Innocentij tertij, à quo etiam fertur ad Concilium Lateranense, anno millesimo ducentesimo decimo quinto vocatus. Corpus eius cum corporibus duorum monachorum (quorum vnus fuit nouitius, alter Vuerricus Prior) repositum est in altari ad ingressum ecclesie: & in Ordinario annotatur Vuerricum obiisse anno ducentesimo nono, quarto idus Maij: ossa autem eius extracta esse quarto Nonas Maij, anno ducentesimo vigesimo primo.

Est autem Alna apud Tudinium celebris abbatia ordinis Cisterciensis. De qua legitur in chronicis Leodiensium, in Hentici episcopi palatio Bernardum, dum crucem predicaret, tria fecisse miracula. Quibus compunctus præsul Alnensem Canonicorum ecclesiam in abbatiam commutauit, cuius primus abbas dictus est Gerardus *Leod. c. 63.*

Cæsarius verò, qui in Villario Brabantie, haud procul ab Alna tempore Simonis prior claruit, scribit Bernardo Leodij crucem predicante canonicum maioris ecclesie crucem ordinis in Clataualle suscepisse, cum conterraneo Vualtero. Vnde postea Alnam missus est, ad monasterium fratrum regularium, qui se ad Cistercij, ordinem transtulerunt. Vbi non multò post Prior est factus. *Cæsa, did-  
logor.*

## Vigesima quinta Februarij.

### De sancta Aldetrudè abbatissa.

*Ex eius, & Aldegundis historijs.*

**M** Alodio monasterio natalis sanctæ ALDETRVDIS virginis. Quæ puella bonæ indolis materteræ suæ Aldegundis mores & vitam satagebat imitari. Quæ cum multis floreret virtutibus, humilitati præcipuè & obedientiæ dedita erat. Huic aliquando beata virgo Aldegundis præceperat vt fragmenta ceræ eoaceruaret in vnum, sollicita nè vel minima ferum monasterij deperirent. Illa dicto citius paruit, dispersa ceræ fragmenta collegit, ignem accendit, vas *Huchaldus  
vita Alde-  
gundis cap.  
8.*

F

æneum